



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 33. Duo Cardinales ab Innocentio X. creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII. septem decessit, ac sine ullo funeris, A. C. 1644. aut monumenti honore, & absque sepulcrali inscriptione, uti præceperat, in æde S. Sylvestri apud Patres Theatinos sepultus est.

Scriptit Historiam Belgicam, epistolas & commentaria rerum Ecclesiasticarum, quæ a Clemente VIII. usque ad sua tempora produxerat: Edidit quoque non obscuro calamo, præter legationem suam Belgicam, descriptionem Troyæ ludi in Circo Agonali Romæ peracti a Cardinale Antonio Barberino, præsentem Carolo Poloniæ Principe.

§. XXXIII.

*Duo Cardinales ab Innocentio X. creati.*

**H**orum jacturam Innocentius X. Pontifex nonnihil compensabat duorum Cardinalium inauguratione, quorum prior die decima quarta Novembris Joannes Carolus Medices Cosmi II. Magni Etruriæ Ducis Filius nominabatur: alter erat Camillus Pamphilius Innocentii X. ex Fratre Nepos, qui instigante Olympia Matre sua Cardinalium Collegio adscriptus, triennio post, assiduas Patruj sui objurgationes pertæsus, Purpuram exiit, atque Olym-



Olympiam Aldobrandinam Roffani Sæc. XVII.  
 Principis Viduam duxit. A. C. 1644.

§. XXXIV.

*Synodi Paderbornensis Diœcesanœ  
 Decreta.*

**H**oc item anno Ferdinandus Bavarix Hartzh. t. 19.  
 Dux, Coloniensis Archiepiscopus, Concil. Ger-  
 & Episcopus Paderbornensis die octa- man. p. 652.  
 va Martii Diœcesanam habuit Syno-  
 dum, ut disciplinam Ecclesiasticam,  
 populique mores ob gravissimorum bel-  
 lorum injurias, extremasque totius  
 Diœcesis devastationes multis in par-  
 tibus depravatos pristino nitori ac di-  
 gnitati restitueret: Hanc in rem præ-  
 primis omnibus Parochis injunxit, ut  
 referrent, quot & quos hæreticos in  
 locis sibi commissis numerent, & an  
 Prædicantes ibidem matrimoniis, e-  
 tiam in gradibus prohibitis assistant,  
 Baptizent & sepeliant, & utrum po-  
 pulus sermonibus, & catechismis rite  
 pascatur, officia Divina, dies festi & je-  
 junia prout decet, peragantur, & an  
 Ecclesiæ Aris, vestibus & suppellectile  
 Sacra sint provisæ &c. In ceteris ve-  
 ro hujus Synodi decretis nihil specia-  
 liter observandum occurrit.

§. XXXV.